

tiertimus : Et hæc non solum Politias
ciuitates oppressit, virtutemq; in semine
suffocauit, ne vñquam folia, flores aut fru-
ctus proferat, sed quoq; artes liberaliores
& scientias contaminauit, adeo vt fere
seuiles ex iis fecerit.

Consideremus saltem sacrosanctam
Medicinam, relictis cæteris, & inuenie-
mus eam, veluti fontem sua origine claris-
simum, quo longius deriuetur, musco &
illuuiie immunda infici, hoc est, multis ab-
usibus dedecorari. Naturam paucis con-
tentam esse iam diximus, idq; intelligentia
dum tam in ægritudine de remediis, quā
in sanitate de cœsculentis :

Cœna de dubia quod surgat pallidus omnis

Cernimus,

juxta Poetas mentem, & quo cibi sint
simpliciores quod eo sint salubriores: Nō
enim vis concoctrix ventriculi & epatis
varii generis assumpta alimenta tam be-
ne aut cito in succum & sanguinem, hoc
est Chylum & Chymū corpori nutrien-
do aptum conuertere & vnire potest, quā
vnius & simplicis essentiæ: Ita & iudican-
dum est de Remediis diuersis, quod in
mori-